



Venerabilis Christi fidelibus patris sui inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Saluator noster Dominus Iesus Christus Dei filius, cuius licet immeriti uices in terris gerimus, ad hoc nobis ligandi et soluendi potestatem tradere noluit, ut super eius gregem excubantes illius saluti patris incumbamus. Hinc est quod nos attendentes quamplures personas (ciuitatis et diocesis) Nouariensis ob diuersa impedimenta seu alias ad hanc aliam Urbem nostram pro consequenda indulgentia anni Iubili proximo praeterire non accersere, ac propterea ipsorum personarum et aliorum etiam fidelium animarum saluti propitius uolentis, precibus et pro parte Venerabilis fratris Romuli Episcopi Nouariensis nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi. Omnibus et singulis utriusque sexus Christianis (ciuitatis et diocesis) Nouariensis inchois et habitatoribus ac eorum temporibus accidentibus uenerunt penitentibus et confisus quod quatuor videlicet Cathedralis Nouariensis et tres alias ecclesias per ipsum Episcopum seu eius Vicarium deputandas, per quindecim dies continuos uel interpellatos, quos pro diocesis pauperibus, infirmis, senibus, praegnantibus, uirginibus, uiduis et alijs quouis alio legitimo impedimento detentis, ac Capitulis, Congregationibus tam secularium quam regularium sodalitatibus, Virginitatibus item collegiatis praesens ecclesias uisitantibus, atque alijs etiam ob alias causas prout dicto Episcopo seu eius Vicario uidebitur ad minorem numerum arbitrio suo reduci, et in quibusuis terminis, oppidis, castris, et locis eiusdem diocesis alias quatuor aut tres, uel duas, aut unam ecclesias uisitandas deputari potest uolumus, deuote uisitando, et ibi quinquies orationem Dominicam et toties salutationem Anglicam pro peccatorum suorum remissione recitando, ac pro Christianorum Principum unioni, et haereticorum extirpationi, sanctaeque Matris Ecclesiae exaltationi pie orando, plenariam eiusdem anni Iubili omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem consequantur, perinde ac si dicto Iubili anno quatuor ecclesias almae Urbis pro consequendo Iubileo huiusmodi deputatas statuerent ad id dies, personaliter uisitassent, et alia ad hoc requirita adimplerissent; et ad effectum huiusmodi illis uel confessoribus, quos idem Episcopus seu praesens eius Vicarius Iubili huiusmodi causa in statim ecclesijs nominatim delegerit, sibi eligere ualeant praesens seculares, uel cuiusuis ordinis regulares, qui confessionibus eorum diligenter auditis, eos, et eorum quicquid a quibusuis peccatis criminibus, excessibus et delictis etiam quantocumque grauius et enormibus etiam sedi apostolicae reservatis, ac in literis quae die Canonice omni legi consueuerunt, contentis, ac censuris et penis ecclesijs ad effectum ipsius Iubili consequendi tamen inuncta eis penitentia saluati, absolueri possint; necnon ut illi qui Romam uenerunt et Iubileum ipsum quouis modo consecuti sunt, deuote etiam illud, iuxta tenorem praesentium, consequi ualeant concedimus et indulgemus. Praeterea ipsi Episcopo seu eius Vicario praesens ut cuiusuis ordinis Monialibus et orphanarum aliarumque mulierum in communi uiuentium Congregationibus ad Iubileum intra Monasteria demorantibus suas consequendum, conditiones modum et tempus praesens scribere, et denique in praesentibus omnibus et singulis arbitrio suo facere ordinare et prouidere, ac quaecumque sibi uisa remedia opportuna adhibere possit, prout animarum salutem expedire iudicauerit, facultatem tribuimus. Praesens usque ad octauam Paschatis Penthecostes proximo futuri inclusiue duntaxat ualiturus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 28 Februarii M. D. LXXVI Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Hofhi

Anno

Quarto.

~:~:~: Gloria: ~:~:~:



XXIX, 245

16. 1576. 10. Febr.

Gregor XIII. für

Novara,

GREGORIVS XIII.

245



Mosico 26 (68)

